



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxiiii. De pactis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De Pactis.

que ad Octauas Paschatis inuiolabiliter obseruentur, præceptum esto. si franget quis, neque post tertiam admonitionem satisfaciet: episcopus in eum sententiam excommunicationis dictato. scribtam vicinis episcopis adnunciato. hanc quisque eorum confirmato, nullusque excommunicatum in communione recipito. si quis hoc violasset: ordinis sui periculo subiacteto.

2. *Inno-*
mus.

Presbyteri, monachi, conuorfi, peregrini, mercatores, rustici euntes, redeuntes, agros colentes, & animalia quibus arabunt, & ad agrum semina portabunt, etiam in bello securitate lætantor. Pax seruatur.

De Pactis. Tit. 34.

1. *Anti-*
gonus.
3. *Quali-*
ter.

6. *Cum*
clerici.

5. *Acce-*
pimus.

8. *Pactio-*
nis.

PACTA custodiuntor.

Quæ promittuntur, opere complentor.

Nemini tamen quò facilius ecclesias indipi-
scatur decedentibus earum personis, pensiones
ipsarum maiores soluere pacisci liceto. qui se-
cus faxint, ecclesiis ipsis spoliator, seueritate ec-
clesiastica puniuntor.

Cum item ecclesiæ concedentur, si vt alii no-
minatim succedant, conueniet: friuolum & ina-
ne esto.

Etenim in spiritualibus omnis omnino pa-
ctio, conuentio cessato. pro iis obtinendis si quæ
facta erit, aut in aliis si quæ conuentiones obser-
uatae vergent in animæ detrimentum: nullius
momenti sunt. turpe vel rei turpis, aut impos-
sibilis de iure vel de facto pactum nullam obli-
gationem inducito.

Ideoque

Ideoq; si super ecclesiastico beneficio lis erit: nec, vt pro expensis pecunia detur alteri vt liti cedat, conuenito. 4. Cū pri-
dem.

In conuentionibus super hoc ineundis, & aliis in quib⁹ summi pōt. cōsensus expectabitur, eas rati habitio pro partium securitate solidato. 2. Quo-
tiens.

Planè nullis clericis cum domos locabunt, aut feuda concedent, vt ipsis decumæ soluantur, & apud eos sepultura elegatur, neque quid aliud in præiudicium ecclesiarum parrochialium cū conductoribus & feudatariis conuenire liceto. 7. Pleri-
que.
si quid occasione pacti huiusmodi percipietur: ecclesiæ parrochiali redditor, restitutor.

De transactionibus. Tit. 35.

TRansactionum quoque pacta, quæ pro litibus sedandis fient, perpetua sunt.

Cum transactione decisa cōtrouersia erit, partium iura, priuilegia, & instrumenta viribus vacua sunt, sola postremorum pactorum pagina valida & perpetua esto. si quid imperitia, aut incuria minùs firmum esse metuetur: vires plenissimè notionis autoritate Ro. pont. suscipito. 1. Sicut
grauē.

Inter ecclesiarum verò personas facta super decumis transactio, ni superioris autoritate cōfirmata fiet, successoribus earum ne obstato. 8. Veniens

Sic si quis literis ad extraordinarium iudicem impetratis cum aduersario suo componet, postmodum in ecclesia de qua agetur ius aliquod habiturus: episcopus quidem loci compositio- 5. De ce-
tero.